

Africa



Illustration de la page de garde :

Basilique Saint Augustin à Annaba (Algérie), site de l'antique Hippone,
la ville dont saint Augustin a été l'évêque
[photo de Claude Aubert]

Dossier établi par Claude Aubert (2017)

Table des matières

Textes		page
Séance 1	Didon et Énée	3
Séance 2	En marge des guerres	8
Séance 3	Anecdotes	13
Séance 4	Le martyre de Perpétue et Félicité	18
Séance 5	Les auteurs africains	26
Séance 6	Augustin, sa mère, ses amis	32

Vocabulaires (*dans un autre dossier*)

Séance 1	Didon et Énée	1
Séance 2	En marge des guerres	7
Séance 3	Anecdotes	12
Séance 4	Le martyre de Perpétue et Félicité	18
Séance 5	Les auteurs africains	24
Séance 6	Augustin, sa mère, ses amis	30

AFRICA

Remarque liminaire : avant d'entrer dans notre thématique, il convient de rappeler que le terme "Africa" ne signifie pas en latin l'Afrique telle que nous l'entendons actuellement, mais qu'il qualifie une zone géographique centrée sur la Tunisie et s'étendant approximativement de la Tripolitaine (Libye) au Maroc actuels.

Séance 1

Didon et Énée

La construction de Carthage

Virgile : *Énéide*, livre I

Débarqué en Afrique avec ses compagnons après une longue errance, Énée monte sur une colline et découvre avec admiration Carthage en pleine construction.

Miratur **molem** Aeneas, **magalia** quondam,
miratur portas strepitumque et **strata viarum**.
Instant ardentes **Tyrrii** : pars **ducere** muros,
molirique arcem et manibus **subvolvere** saxa,
pars **optare** locum tecto et **concludere sulco** ;
jura magistratusque **legunt** sanctumque senatum.
Hic portus alii **effodiunt** ; hic alta theatris
fundamenta locant alii, immanesque columnas
rupibus **excidunt**, scaenis **decora** alta futuris.

425

Qualis apes aestate nova per florea rura 430
exercet sub sole labor, cum gentis adultos
 educunt **fetus**, aut cum **liquentia** mella
stipant et dulci distendunt nectare **cellas**,
 aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto
ignavum fucos pecus a **praesepibus** arcent ; 435
fervet opus, **redolentque thymo fragrantia** mella.
 "O fortunati, quorum jam moenia surgunt !"
 Aeneas ait, et **fastigia** suspicit urbis.

Comment Didon a fui de Tyr

Énée apprend alors de la bouche de Vénus, sa mère, comment Didon (Élissa dans la langue des Phéniciens) est arrivée en "Africa" avec ses sujets. À Tyr, elle était l'épouse du grand prêtre Sychée et sœur du roi Pygmalion. À la suite d'une querelle, celui-ci a assassiné celui-là.

Longa est injuria, longae
ambages ; sed summa sequar **fastigia** rerum.
Huic conjunx Sychaeus erat, **ditissimus** auri
 Phoenicum, et magno miserae **dilectus** amore,
 cui pater intactam **dederat, primisque jugarat** 345
ominibus. Sed regna **Tyri germanus** habebat
 Pygmalion, scelere ante alios immanior omnes.
 Quos inter medius venit furor. Ille Sychaeum
 impius ante aras, atque auri caecus amore,
 clam ferro **incautum** superat, **securus** amorum 350
germanae ; factumque diu celavit, et **aegram**,
 multa malus simulans, vana spe **lusit** amantem.
 Ipsa sed in somnis inhumati venit imago
 conjugis, **ora** modis attollens pallida miris,
 crudeles aras trajectaque pectora ferro 355

nudavit, caecumque domus scelus omne **retexit**.

Tum **celerare** fugam patriaque excedere suadet,

auxiliumque viae veteres tellure **recludit**

thesauros, ignotum argenti pondus et auri.

His commota fugam Dido sociosque parabat.

360

Conveniunt quibus aut odium crudele tyranni

aut metus acer erat ; naves, quae forte **paratae**,

corripiunt, onerantque auro : portantur avari

Pygmalionis opes **pelago** ; dux **femina** facti.

Le voyage de Didon

Justin : Historiae Philippicae, Livre XVIII, V

[1] Primus illis **adpulsus** terræ **Cyprus** fuit, [2] ubi sacerdos Jovis cum conjuge et liberis, deorum monitu, comitem se **Elissæ** sociumque fortunæ præbuit, **pactus** sibi posterisque perpetuum honorem sacerdotii. [3] Condicio pro manifesto **omine** accepta. [4] Mos erat Cypriis virgines ante nuptias statutis diebus, dotalem pecuniam quæsituras, in **quæstum** ad litus maris mittere, pro reliqua pudicitia **libamenta** Veneri **soluturas**. [5] Harum igitur ex numero octoginta **admodum** virgines raptas navibus imponi Elissa jubet, ut et juvenus matrimonia et urbs **subolem** habere posset. [...] [8] Elissa, delata in Africæ **sinum**, incolas loci ejus, adventu **peregrinorum mutuarum** rerum commercio gaudentes, in amicitiam sollicitat, [9] deinde, empto loco, qui **corio** bovis tegi posset, in quo fessos longa navigatione socios, quoad proficisceretur, reficere posset, corium in **tenuissimas** partes secari jubet atque ita majus loci spatium quam petierat occupat, unde postea ei loco **Byrsæ** fuit.

La mort de Didon

Justin : Historiae Philippicae, Livre XVIII, VI

[1] Cum successu rerum florentes Karthaginis opes essent, rex **Maxitanorum** Hiarbas decem Poenorum principibus ad se **arcessitis** Elissae nuptias sub belli **denuntiatione** petit. [2] Quod legati reginae referre metuentes Punico cum ea ingenio egerunt, nuntiantes regem aliquem poscere, qui **cultiores victus** eum Afrosque **perdoceat** ; [3] sed quem inveniri posse, qui ad barbaros et ferarum more viventes transire a **consanguineis** velit ? [4] Tunc a regina **castigati**, si pro salute patriae asperiores vitam recusarent, cui etiam ipsa vita, si res exigat, debeatur, regis mandata aperuere, dicentes quae praecipiat aliis, ipsi facienda esse, si velit urbi **consultum** esse. [5] Hoc dolo capta diu Acherbae viri nomine cum multis lacrimis et lamentatione flebili invocato ad postremum ituram se quo sua et urbis fata vocarent respondit. [6] In hoc trium mensium sumpto spatio, **pyra** in ultima parte urbis instructa, velut placatura viri manes **inferias**que ante nuptias missura multas **hostias** caedit et sumpto gladio pyram conscendit [7] atque ita ad populum respiciens ituram se ad virum, sicut **praeceperint**, dixit vitamque gladio finivit. [8] Quam diu Karthago invicta fuit, pro dea **culta** est.

L'orage

Virgile : Énéide, livre IV

Virgile réinterprète le suicide de Didon : la reine serait tombée follement amoureuse d'Énée au cours d'une chasse, pendant laquelle éclate un orage terrible :

Interea magno misceri murmure caelum	160
incipit, insequitur commixta grandine nimbus ,	
et Tyrii comites passim et Trojana juvenus	
Dardanius que nepos Veneris diversa per agros	
tecta metu petiere ; ruunt de montibus amnes.	
Speluncam Dido dux et Trojanus eamdem	165
deveniunt . Prima et Tellus et pronuba Juno	
dant signum ; fulsere ignes et conscius aether	

conubis summoque **ulularunt vertice** Nymphae.

Ille dies primus **leti** primusque malorum

causa fuit ; neque enim **specie** famave movetur

170

nec jam furtivum Dido meditatur amorem :

conjugium vocat ; hoc **praetexit** nomine culpam.

Le suicide de Didon

Mais voilà qu'Énée, sur l'ordre des dieux, doit quitter Didon pour accomplir son destin en Italie. Alors, désespérée, elle plante l'épée de son amoureux dans sa poitrine. Alertée, sa sœur Anna se précipite :

Audiit **exanimis trepido**que exterrita cursu

unguibus ora soror **foedans** et pectora **pugnis**

per medios ruit ac morientem nomine clamat :

”hoc illud, germana, fuit ? me fraude petebas ?

675

hoc **rogus** iste mihi, hoc ignes araeque parabant ?

Quid primum **deserta** querar ? Comitemne sororem

sprevisti moriens ? Eadem me ad fata **vocasses** ;

idem **ambas** ferro dolor atque eadem hora **tulisset**.

His etiam struxi manibus patriosque vocavi

680

voce deos, sic te ut posita, crudelis, abessem ?

Exstincti te meque, soror, populumque patresque

Sidonios urbemque tuam. Date, vulnera **lymphis**

abluam et, extremus si quis super **halitus** errat,

ore **legam**.” Sic **fata** gradus **evaserat** altos,

685

semianimemque sinu germanam amplexa **fovebat**

cum gemitu atque atros **siccabat** veste **cruores**.

Illa graves oculos conata attollere rursus

deficit ; **infixum stridit** sub pectore vulnus.

Ter sese **attollens cubito**que **adnixa** levavit,

690

ter revoluta **toro** est oculisque errantibus alto

quaesivit caelo lucem ingemuitque reperta.

AFRICA

Séance 2

En marge des guerres

L’Africa a été agitée par plusieurs guerres marquantes, notamment les trois guerres puniques, la guerre contre Jugurtha et un épisode de la guerre civile entre César et les républicains. Nous retiendrons quelques anecdotes en marge de la deuxième guerre punique et de celle contre Jugurtha.

Le serment d’Annibal

Cornelius Nepos : De excellentibus ducibus, Vie d’Hannibal, 2

Vers la fin de sa vie, Annibal raconte ceci au roi Antiochus de Syrie :

“Pater meus,” inquit, “Hamilcar puerulo me, **utpote** non amplius novem annos nato, in Hispaniam imperator proficiscens, Karthagine Jovi Optimo Maximo hostias immolavit. Quae divina res dum conficiebatur, quaesivit a me vellemne secum in castra proficisci. Id cum libenter accepissem atque ab eo petere coepissem ne dubitaret **ducere**, tum ille, ‘Faciam,’ inquit, ‘si mihi **fidem** quam postulo dederis.’ Simul me ad aram adduxit apud quam sacrificare instituerat eamque, ceteris remotis, tenentem **jurare** jussit numquam me in amicitia cum Romanis fore. Id ego **jusjurandum** patri datum usque ad hanc aetatem ita conservavi ut nemini dubium esse debeat quin reliquo tempore eadem mente sim futurus.”

Le portrait d'Annibal

Tite-Live : Ab urbe condita libri, XXI, IV

Tite-Live brosse un portrait célèbre du grand général carthaginois :

[1] Missus Hannibal in Hispaniam primo statim adventu omnem exercitum in se convertit ; [2] **Hamilcarem** juvenem redditum sibi veteres milites **credere** ; eundem vigorem in vultu vimque in oculis, **habitum** oris **lineamenta**que **intueri**. Dein brevi effecit ut **pater in se** minimum **momentum** ad favorem **conciliandum** esset. [3] Numquam **ingenium** idem ad res diversissimas, parendum atque imperandum, habilis fuit. Itaque haud facile discerneres utrum imperatori an exercitui carior esset ; [4] neque Hasdrubal alium quemquam praeficere **malle** ubi quid fortiter ac **strenue** agendum esset, neque milites alio duce plus **confidere** aut **audere**. [5] **Plurimum** audaciae ad pericula **capessenda**, plurimum **consilii** inter ipsa pericula erat. Nullo labore aut corpus fatigari aut animus vinci poterat. [6] Caloris ac frigoris **patientia** par ; cibi potionisque **desiderio** naturali, non voluptate **modus** finitus ; vigiliarum somnique nec die nec nocte **discriminata** tempora ; [7] id quod gerendis rebus **superesset** quieti datum ; ea neque molli **strato** neque silentio **accersita** ; multi saepe militari **sagulo opertum** humi jacentem inter custodias **stationes**que militum conspexerunt. [8] Vestitus nihil inter **aequales** excellens : arma atque equi conspiciebantur. Equitum peditumque idem longe primus erat ; princeps in proelium ibat, ultimus **conserto** proelio excedebat. [9] Has tantas viri virtutes ingentia vitia aequabant, inhumana crudelitas, perfidia plus quam Punica, nihil veri, nihil sancti, nullus deum metus, nullum **jusjurandum**, nulla **religio**.

La mort de Sophonisbe

Tite-Live : Ab urbe condita libri, XXX

Vers la fin de la deuxième guerre punique, deux rois numides s'affrontent pour régner sur leur peuple : Syphax, qui a épousé Sophonisbe, la fille du général carthaginois Hasdrubal Gisco, une jeune trentenaire célèbre pour sa beauté, et qui, par conséquent, a pris fait et cause pour la patrie de son épouse ; et Massinissa, qui, pour récupérer son royaume, s'est allié à Scipion et son lieutenant Lélius. En 203, Syphax est vaincu, et

Massinissa se précipite à la capitale numide Cirta (actuellement Constantine), perchée sur un rocher inexpugnable.



Constantine (Algérie), site de l'antique Cirta, capitale de Numides, perchée sur une falaise vertigineuse [photo de Claude Aubert]

XII [8] [Masinissa] **praegressus** Cirtam **evocari** ad colloquium principes **Cirtensium** jubet. Sed apud ignaros regis **casus** nec quae acta essent **promendo** nec **minis** nec suadendo **ante** valuit **quam rex** vinctus in conspectum datus est. [9] Tum ad spectaculum tam foedum **comploratio orta**, et partim pavore moenia sunt **deserta**, partim **repentino consensu** gratiam apud victorem quaerentium **patefactae** portae. [10] Et Masinissa, **praesidio** circa portas **opportuna**que moenium dimisso ne cui fugae pateret exitus, ad **regiam** occupandam **citato** vadit **equo**.

[11] Intranti vestibulum in ipso **limine** Sophoniba, uxor Syphacis, filia Hasdrubalis Poeni, **occurrit** ; et cum in medio agmine armatorum Masinissam insignem **cum** armis **tum** cetero **habitu** conspexisset, regem esse, id quod erat, **rata**, genibus **advoluta** ejus [...] inquit : [...].

La gracieuse créature adresse un discours touchant et suppliant à Massinissa.

[17] Forma erat insignis et florentissima aetas. Itaque cum modo genua modo dextram **amplectens in id ne cui** Romano traderetur **fidem** exposceret propiusque **blanditias** jam oratio esset quam preces, [18] non in misericordiam modo **prolapsus** est animus victoris, sed, ut est genus Numidarum in **venerem** praeceps, amore captivae victor captus. Data dextra **in id quod** petebatur **obligandae** fidei, in regiam **concedit**. [19] **Institit** deinde **reputare** secum ipse quemadmodum promissi fidem **praestaret**. Quod cum **expedire** non posset, ab amore temerarium atque impudens **mutuatur consilium** ; [20] nuptias in eum ipsum diem parari repente jubet ne quid relinqueret **integri** aut Laelio aut ipsi Scipioni **consulendi** velut in captivam quae Masinissae jam nupta foret.

Apprenant cela, Scipion est furieux : il voulait, et veut toujours, exhiber Sophonisbe à Rome, fût-elle l'épouse de son allié, et il le fait comprendre à Massinissa dans un discours très dur.

XV [1] Masinissae haec audienti non rubor solum **suffusus** sed lacrimae etiam obortae; et cum se quidem in potestate futurum imperatoris dixisset orassetque eum ut quantum res sineret **fidei** suae temere **obstrictae** consuleret-- [2] promississe enim se in nullius potestatem eam traditurum -- ex **praetorio** in **tabernaculum** suum confusus concessit. [3] Ibi **arbitris** remotis cum **crebro** suspiritu et gemitu, quod facile ab circumstantibus tabernaculum exaudiri posset, aliquantum temporis **consumpsisset**, [4] ingenti ad postremum **edito** gemitu **fidum** e servis unum vocat, sub cujus custodia regio more ad incerta fortunae venenum erat, et mixtum in poculo ferre ad Sophonibam jubet [...]. [6] Hunc nuntium ac simul venenum ferens **minister** cum ad Sophonibam venisset, [7] "accipio" inquit "nuptiale **munus**. [...]" [8] Non locuta est **ferocius** quam acceptum poculum nullo trepidationis signo dato impavide hausit.

La chasse aux escargots

Salluste : La Guerre de Jugurtha, 93-94

À la fin du deuxième siècle avant J.C., Rome est enlisée dans une guerre sans fin contre le roi numide Jugurtha. En 106, le général Marius décide d'assiéger un piton rocheux, qui n'a qu'un seul accès fort bien défendu et sur lequel sont abrités les trésors royaux. Mais le siège s'éternise. Cependant il se passe quelque chose d'étonnant.

93. [2] Forte quidam **Ligus**, ex cohortibus auxiliariis **miles gregarius**, castris **aquatam** egressus haud procul ab latere **castelli**, quod **aversum** proeliantibus erat, **animum advertit** inter saxa **repentes cocleas**, quarum cum unam atque alteram, dein plures peteret, **studio legendi** paulatim prope ad summum montis egressus est. [3] Ubi postquam solitudinem intellexit, more ingeni humani **cupido** difficilia faciendi animum **alio** vertit. [4] Et forte in eo loco grandis **ilex coaluerat** inter saxa, paulum modo **prona**, deinde inflexa atque aucta in altitudinem, quo cuncta **gignentium** natura fert. Cujus ramis modo, modo eminentibus saxis **nisus** Ligus in castelli **planitiem** pervenit, quod cuncti Numidae intenti proeliantibus **aderant**. [5] Exploratis omnibus, quae mox usui fore **ducebat**, **eadem** regreditur, non **temere**, uti ascenderat, sed temptans omnia et circumspiciens. [6] Itaque Marium propere adit, **acta** edocet, hortatur ab ea parte **qua** ipse ascenderat castellum **temptet**, pollicetur sese itineris periculique **ducem**. [7] Marius cum Ligure **promissa** ejus **cognitum ex praesentibus** misit. Quorum **uti** cujusque ingenium erat, ita rem difficilem aut facilem nuntiavere ; consulis animus tamen paulum **arrectus**. [8] Itaque ex **copia tubicinum** et **cornicinum** numero quinque quam velocissimos delegit et cum iis, praesidio qui forent, quattuor centuriones, omnesque Liguri parere jubet et ei negotio proximum diem constituit.

94. [1] Sed ubi **ex praecepto** tempus **visum**, paratis compositisque omnibus ad locum pergit. Ceterum illi, qui **escensuri** erant, **praedocti** ab duce arma **ornatumque** mutaverant : capite atque pedibus **nudis**, uti prospectus **nisusque** per saxa facilius foret ; super terga gladii et **scuta**, verum ea Numidica **ex coriis**, **ponderis gratia** simul et **offensa** quo levius **streperent**. [2] Igitur praegrediens Ligus saxa et si quae vetustate radices **eminebant laqueis vinciebat**, quibus **allevati** milites facilius escenderent, interdum **timidos insolentia** itineris **levare** manu ; ubi paulo **asperior** ascensus erat, singulos prae se **inermos** mittere, deinde ipse cum illorum armis sequi; quae **dubia nisui** videbantur, **potissimus temptare** ac saepius **eadem** ascendens descendensque, dein statim **digrediens** ceteris audaciam addere. [3] Igitur diu multumque fatigati tandem in castellum perveniunt, desertum ab ea parte, quod omnes sicut aliis diebus adversum hostes **aderant**.

Arrivés sur la plate-forme, les trompettes sonnent. Cette diversion permet alors à Marius d'attaquer, de percer les lignes ennemies, de provoquer une panique générale chez les Numides et de s'emparer de la citadelle.

AFRICA

Séance 3

Anecdotes

Voici trois anecdotes étonnantes que des écrivains latins situent en Africa.

L'héroïsme des frères Philènes

Salluste : La Guerre de Jugurtha, 79

Dans ce passage, Salluste raconte la solution étonnante trouvée à une époque primitive et indéterminée pour mettre un terme à une longue guerre entre Carthage et les Grecs de Cyrène (Cyrénaïque / Libye).

[2] Qua **tempestate** Carthaginenses pleraque Africa imperitabant, **Cyrenenses** quoque magni atque opulenti fuere. [3] Ager in medio **harenosus, una specie** ; neque flumen neque mons erat, qui finis eorum discerneret. Quae res eos in magno diuturnoque bello inter se habuit. [4] Postquam utrimque legiones, item classes saepe **fusae fugataeque** et alteri alteros **aliquantum attriverant. veriti**, ne mox victos victoresque **defessos** alius aggrediretur, per **indutias sponsionem** faciunt, uti certo die legati domo proficiscerentur : quo in loco inter se **obvii** fuissent, is communis utriusque populi **finis** haberetur. [5] Igitur Carthagine duo fratres missi, quibus nomen Philaenis erat, **maturavere iter pergere**, Cyrenenses **tardius** iere. Id **socordiane** an casu acciderit, parum cognovi. [6] Ceterum solet in illis locis tempesta haud **secus atque** in mari retinere. Nam ubi per loca aequalia et nuda **gignentium** ventus coortus harenam humo

excitavit, ea magna vi **agitata** ora oculosque implere solet : ita **prospectu** impedito morari iter. [7] Postquam Cyrenenses **aliquanto** posteriores se esse vident et ob rem **corruptam** domi poenas metuunt, **criminari** Carthaginienses ante tempus domo **digressos**, **conturbare rem**, denique omnia **malle** quam victi abire. [8] Sed cum Poeni a l i a m condicionem, **tantummodo** aequam, peterent, Graeci **optionem** Carthaginiensium **faciunt**, ut vel **illi**, **quos fines** populo suo peterent, **ibi** vivi **obruerentur**, vel eadem condicione sese **quem in locum** vellent processuros. [9] Philaeni condicione probata seque vitamque suam rei publicae **condonavere** : ita vivi **obruiti**. Carthaginienses in eo loco Philaenis fratribus aras consecravere, aliique illis **domi** honores **instituti**.



Le temple de Zeus à Cyrène (10 mars 2007) [photo de Claude Aubert]

deinde **sensim** atque **placide** tamquam **noscitabundus** ad hominem accedit. [12] Tum **caudam** more atque **ritu adulantium** canum clementer et **blande** movet, hominisque se corpori adjungit, **cruraque** ejus et manus prope jam **exanimati** metu lingua leniter **demulcet**. [13] Homo Androclus inter illa tam atrocis ferae **blandimenta** amissum animum recuperat paulatimque oculos ad contuendum leonem refert. [14] Tum, quasi mutua **recognitione** facta, laetos et **gratulabundos** videres hominem et leonem. [15] Ea re **prorsus** tam admirabili maximos populi clamores **excitatos dicit, arcessitumque a Caesare** Androclum, quaesitumque causam cur ille atrocissimus leo uni **parsisset**.

[16] Ibi Androclus rem mirificam narrat atque admirandam : [17] "Cum provinciam, inquit, Africam proconsulari imperio meus dominus **obtineret**, ego ibi iniquis ejus et quotidianis **verberibus** ad fugam sum **coactus**, et, ut mihi a domino, terrae illius **praeside, tutiores latebrae** forent, in camporum et **arenarum** solitudines **concessi** ; ac, si **defuisset cibus**, consilium fuit mortem **aliquo pacto** quaerere. [18] Tum, sole, inquit, medio **rapido** et flagranti, **specum** quanda **nanctus remotam latebrosamque**, in eam me penetra et **recondo**. [19] Neque multo post ad eandem specum venit hic leo, **debili** uno et **cruento** pede, gemitus **edens** et **murmura** dolorem **cruciatumque** vulneris **commiserantia**." Atque illic primo quidem conspectu advenientis leonis territum sibi et **pavefactum** animum dixit. [21] "Sed postquam introgressus, inquit, leo, **ut re ipsa apparuit**, in habitaculum illud suum, vidit me procul **delitescentem**, mitis et **mansuetus** accessit ; ac **sublatum** pedem ostendere mihi ac **porrigere**, quasi **opis** petendae **gratia**, visus est. [22] Ibi, inquit, ego **stirpem** ingentem, **vestigio** pedis eius **haerentem, revelli**, conceptamque **saniem** vulnere **intimo expressi, accuratiusque** sine magna jam formidine, siccavi penitus atque **detersi** cruorem. [23] Ille tunc mea opera et **medela** levatus, pede in manibus meis posito, recubuit et quievit. [24] Atque, ex eo die, **triennium** totum ego et leo in eadem specu eodemque **victu** viximus. [25] Nam, **quas venabatur feras**, membra **opimiora** ad specum mihi **suggerebat**, quae ego, ignis copiam non habens, sole meridiano torrens **edebam**. [26] Sed ubi me, inquit, vitae illius **ferinae** jam **pertaesum** est, leone in venatum profecto, reliqui specum ; et, viam ferme **tridui permensus**, a militibus visus **apprehensusque** sum et ad dominum ex Africa Romam **deductus**. [27] Is me statim **rei capitalis damnandum** dandumque ad bestias curavit. [28] Intellego autem, inquit, hunc quoque leonem, me tunc separato, captum gratiam mihi nunc beneficii et medicinae referre."

[29] Haec Apion dixisse Androclum tradit, eaque omnia scripta **circumlataque tabella** populo **declarata** atque **ideo**, cunctis petentibus, **dimissum** Androclum et poena **solutum**, leonemque ei suffragiis populi donatum. [30] "Postea videbamus Androclum et leonem, **loro** tenui **revinctum**, Urbe tota circum tabernas ire : donari **aere** Androclum, floribus **spargi** leonem, omnes ubique **obvios** dicere : "Hic est leo hospes hominis, hic est homo medicus leonis".

Le dauphin d’Hippone

Pline le Jeune : Lettres, IX, 33

Pline le Jeune rapporte également une anecdote animalière, qui se situe à Hippone : près de la ville, au bord de la mer, se trouvait une lagune fréquentée par les amateurs de baignade, notamment les enfants de la région, qui faisaient des concours pour voir lequel nageait le plus loin de la rive.

[4] Hoc **certamine** puer quidam audentior ceteris in **ulteriora** tendebat. **Delphinus** occurrit, et nunc **praecedere** puerum, nunc sequi, nunc circumire, postremo **subire**, deponere, iterum subire, trepidantemque perferre primum in **altum**, mox **flectit** ad litus, redditque terrae et aequalibus. [5] **Serpit** per coloniam fama ; concurrere omnes, ipsum puerum tamquam miraculum aspicere, interrogare, audire, narrare. Postero die obsident litus, **prospectant** mare et si quid est mari simile. Natant pueri, inter hos ille, sed **cautius**. Delphinus rursus ad tempus, rursus ad puerum. Fugit ille cum ceteris. Delphinus, quasi invitet et revocet, **exsilit**, **mergitur**, variosque **orbis implicat expedit**que. [6] Hoc altero die, hoc tertio, hoc pluribus, donec **homines innutritos** mari subiret timendi **pudor**. Accedunt et adludunt et appellant, tangunt etiam **pertrectant**que **praebentem**. Crescit audacia experimento. Maxime puer, qui primus expertus est, adnatat nanti, **insilit tergo**, fertur referturque, **agnosci** se, amari putat, amat ipse ; **neuter** timet, neuter timetur; hujus **fiducia**, **mansuetudo** illius augetur. [...]
[10] **Confluebant** omnes ad spectaculum **magistratus**, quorum adventu et **mora** modica res publica novis **sumptibus atterebatur**. Postremo locus ipse quietem suam secretumque perdebat : **placuit** occulte interfici, ad quod **coibatur**.

AFRICA

Séance 4

Le martyre de Perpétue et Félicité

Exceptionnellement, dans cette quatrième séance, nous lirons des extraits tirés d'une seule œuvre. Ces textes touchants seront un peu plus longs que d'habitude, mais ils sont d'une lecture très facile et agréable.

***La Passion de Perpétue et Félicité** est un texte hagiographique écrit par un rédacteur anonyme, qui y introduit des textes peut-être originaux rédigés par deux des martyrs, Perpétue et Saturus. Il est devenu fort connu et est souvent cité, déjà dans l'Antiquité.*

Les événements décrits prennent place à Carthage en mars 203 sous le règne de l'empereur Septime Sévère, lui-même d'origine africaine. Victime d'une dénonciation pour sa foi chrétienne, Perpétue, jeune mère de bonne famille, est amenée et emprisonnée à Carthage avec quelques compagnons, notamment sa servante Félicité.

La Passion de Perpétue et Félicité

II

1. Apprehensi sunt adolescentes catechumeni, Revocatus et Felicitas, **conserva** ejus, Saturninus et Secundulus. Inter hos et Vibia Perpetua, honeste nata, liberaliter instituta, **matronaliter** nupta, **2.** habens patrem et matrem et fratres duos, alterum aequo catechumenum, et filium **infantem** ad **ubera**. **3.** Erat autem ipsa circiter annorum viginti

duo. Haec **ordinem** totum martyrii sui jam hinc ipsa narravit sicut conscriptum manu sua et suo **sensu** reliquit.

III

1. Cum adhuc, inquit, cum **prosecutoribus** essemus et me pater verbis **evertere** cupiret et **dejcere pro** sua affectione perseveraret : Pater, inquam, vides [...] vas hoc jacens, **urceolum** sive aliud ? et dixit : Video. 2. Et ego dixi ei : Numquid alio nomine vocari potest quam quod est ? et ait : Non. Sic et ego aliud me dicere non possum nisi quod sum, Christiana. 3. Tunc pater motus hoc verbo mittit se in me ut oculos mihi **erueret**, sed **vexavit tantum** et profectus est victus cum argumentis diaboli. 4. Tunc paucis diebus quod **caruissem** patre, domino gratias egi et **refrigeravi** absentia illius. 5. In ipso spatio paucorum dierum baptizati sumus, et mihi Spiritus dictavit non aliud petendum ab aqua nisi **sufferentiam** carnis. Post paucos dies recipimur in carcerem ; et expavi, quia numquam experta eram tales tenebras. 6. O diem asperum : aestus validus **turbarum beneficio, concussurae** militum. **Novissime macerabar sollicitudine** infantis ibi. 7. Tunc Tertius et Pomponius, benedicti diaconi qui nobis **ministrabant, constituerunt** praemio uti paucis horis emissi in meliorem locum carceris refrigeraremus. 8. Tunc exeuntes de carcere universi **sibi vacabant**. ego infantem **lactabam** jam **inedia defectum** ; sollicita pro eo adloquebar matrem et confortabam fratrem, **commendabam** filium ; **tabescebam** ideo quod illos tabescere videram mei beneficio. 9. Tales **sollicitudines** multis diebus passa sum ; et **usurpavi** ut mecum infans in carcere maneret ; et statim **convalui** et **relevata** sum a labore et sollicitudine infantis, et factus est mihi carcer subito **praetorium**, ut ibi malletem esse quam **alicubi**. [...]

IV

De tempérament visionnaire, Perpétue a une première vision :

3. Video **scalam aeream** mirae magnitudinis **pertingentem** usque ad caelum et angustam, per quam **nonnisi** singuli ascendere possent, et in lateribus scalae omne genus **ferramentorum** infixum. erant ibi gladii, lanceae, **hami, machaerae, veruta**, ut si quis neglegenter aut non **sursum adtendens** ascenderet, **laniaretur** et carnes ejus **inhaererent** ferramentis. 4. Et erat sub ipsa scala draco **cubans** mirae magnitudinis, qui ascendentibus insidias praestabat et exterrebat ne ascenderent. 5. Ascendit autem Saturus prior, qui postea **se** propter nos **ultra tradiderat** (quia ipse nos **aedificaverat**), et tunc

cum adducti sumus, praesens non fuerat. **6.** Et pervenit in **caput** scalae et convertit se et dixit mihi : Perpetua, **sustineo** te ; sed vide ne te mordeat draco ille. Et dixi ego : Non me nocebit, in nomine Jesu Christi. **7.** Et **desub** ipsa scala, quasi timens me, lente **ejecit** caput. et quasi primum gradum **calcarem**, calcavi illi caput et ascendi.



*Vision de Perpétue [capture d'écran du film **Perpetua, Early Church Martyr**]*

8. Et vidi spatium immensum horti et in medio sedentem hominem **canum** in habitu pastoris, grandem, oves **mulgentem**. et circumstantes **candidati** milia multa. **9.** Et levavit caput et aspexit me et dixit mihi : Bene venisti, **teknon**. et clamavit me et de **caseo** quod mulgebat dedit mihi quasi **buccellam** ; et ego accepi junctis manibus et **manducavi** ; et universi circumstantes dixerunt : Amen. **10.** Et ad sonum vocis **experrecta** sum, **commanducans** adhuc dulce nescio quid. Et retuli statim fratri meo ; et intelleximus passionem esse futuram, et coepimus nullam jam spem in **saeculo** habere.

Pour mieux comprendre le chapitre suivant, il faut savoir que, sous l'Empire romain, les prisonniers condamnés pour christianisme pouvaient jusqu'au dernier moment abjurer

leur foi et se voir libérés de toute peine : pour cela, il leur suffisait de brûler quelques grains d'encens devant la statue de l'Empereur, ce qui signifiait qu'ils le reconnaissaient comme un dieu. Cependant les chrétiens, monothéistes, se refusaient obstinément à une telle trahison de leur foi.



Le père de Perpétue se jette à ses pieds [capture d'écran du film *Perpetua, Early Church Martyr*]

V

1. Post paucos dies rumor cucurrit ut audiremur. Supervenit autem et de civitate pater meus, consumptus **taedio**, et ascendit ad me, ut me deiceret, dicens : **2 Miserere**, filia, **canis** meis ; miserere patri, si dignus sum a te pater vocari ; si his te manibus ad hunc florem aetatis provexi, si te praeposui omnibus fratribus tuis : ne me dederis in **dedecus** hominum. **2.** Aspice fratres tuos, aspice matrem tuam et **materteram**, aspice filium tuum qui post te vivere non poterit. **3.** Depone animos ; ne universos nos **extermines**. Nemo enim nostrum libere loquetur, si tu aliquid fueris **passa**. **4.** Haec dicebat quasi pater pro sua pietate **basians** mihi manus et se ad pedes meos jactans et lacrimans me jam non filiam nominabat, sed dominam. **5.** Et ego dolebam **casum** patris mei quod solus de

passione mea **gavisurus** non esset de toto **genere** meo. Et confortavi eum dicens : Hoc fiet in illa **catasta** quod Deus voluerit. scito enim nos non in nostra esse potestate constitutos, sed in Dei. et recessit a me contristatus. [...]

Perpétue et ses compagnons sont alors traînés en justice et condamnés par le procureur à être livrés aux bêtes. Puis la jeune femme a encore deux visions, dans lesquelles lui apparaît son frère Dinocrate, mort à l'âge de sept ans ; puis une quatrième vision, où elle se voit triompher dans l'amphithéâtre du diable, incarné dans un Égyptien.

IX

1. Deinde post dies paucos Pudens miles **optio, praepositus** carceris, nos magnificare coepit intellegens magnam virtutem esse in nobis ; qui multos ad nos admittebat ut et nos et illi **invicem** refrigeraremus. **2.** Ut autem proximavit dies **muneris**, intrat ad me pater meus consumptus **taedio**, et coepit barbam suam **evellere** et in terram mittere, et prosternere se in faciem, et **improperare** annis suis, et dicere tanta verba quae moverent universam creaturam. Ego dolebam pro infelici senecta ejus. [...]

À son tour, Saturus a une vision. Le témoignage écrit de Perpétue se terminant là, le narrateur anonyme reprend le récit à son compte.

XIV

1. Hae **visiones** insigniores ipsorum martyrum beatissimorum Saturi et Perpetuae, quas ipsi conscripserunt. **2.** Secundulum vero Deus **maturiore exitu** de saeculo **adhuc** in carcere **evocavit** non sine **gratia** ut bestias **lucraretur**. [...]

XV

1. Circa Felicitatem vero, et illi gratia domini ejusmodi contigit. **2.** Cum octo jam mensium ventrem haberet (nam **praegnans** fuerat adprehensa), **instante** spectaculi die in magno erat luctu ne propter ventrem differretur (quia non licet praegnantibus poenae repraesentari) et ne inter alios postea sceleratos sanctum et innocentem sanguinem funderet. **3.** Sed et commartyres graviter contristabantur ne tam bonam sociam quasi comitem solam in via ejusdem **spei** relinquerent. **4.** Conjuncto itaque unito gemitu ad Dominum orationem **fuderunt ante tertium diem muneris**. **5.** Statim post orationem

dolores **invaserunt**. Et cum pro naturali difficultate octavi mensis in **partu laborans** doleret, ait illi quidam ex **ministris cataractariorum** : **Quae** sic **modo** doles, quid facies objecta bestiis, quas contempsisti cum sacrificare nolueris ? **6.** Et illa respondit : Modo ego patior quod patior ; illic autem alius erit in me qui patietur pro me, quia et ego pro illo passura sum. **7.** Ita **enixa** est puellam, quam sibi quaedam soror in filiam educavit. [...]



*Perpétue chante un psaume dans l'arène [capture d'écran du film **Perpetua, Early Church Martyr**]*

XVIII

1. Illuxit dies victoriae illorum, et processerunt de carcere in amphitheatrum quasi in caelum **hilares**, vultu **decori**, si forte gaudio paventes, non timore. **2.** Sequebatur Perpetua **lucido** vultu et **placido** incessu ut matrona Christi, ut Dei **delicata**, vigore

oculorum deiciens omnium **conspectum**. **3.** Item Felicitas, salvam se peperisse gaudens ut ad bestias pugnaret, a sanguine ad sanguinem, ab **obstetrice** ad retiarium, **lotura** post **partum** baptismo secundo. **4.** Et cum ducti essent in portam et cogentur habitum **induere**, viri quidem **sacerdotum** Saturni, feminae vero **sacrarum** Cereri, generosa illa in finem usque constantia **repugnavit**. **5.** Dicebat enim : **Ideo** ad hoc sponte pervenimus **ne** libertas nostra **obduceretur** ; ideo animam nostram **addiximus**, ne tale aliquid faceremus ; hoc vobiscum **pacti sumus**. **6.** **Agnovit** injustitia justitiam : concessit tribunus, quomodo erant, simpliciter **inducerentur**. **7.** Perpetua **psallebat** [...], Revocatus et Saturninus et Satorus populo spectanti **comminabantur**. **8.** **Dehinc** ut sub conspectu **Hilariani** pervenerunt, gestu et **nutu** coeperunt Hilario dicere : **Tu** nos, inquiunt, te autem **Deus**. **9.** Ad hoc populus exasperatus flagellis eos vexari per **ordinem venatorum** postulavit ; et utique gratulati sunt quod aliquid et de **dominicis** passionibus essent consecuti.

À l'exception de Perpétue, Félicité et Satorus, les autres sont tués par des bêtes : léopard, sanglier et ours.

XX

1. Puellis autem ferocissimam **vaccam ideoque praeter** consuetudinem **comparatam** diabolus praeparavit, sexui earum etiam de bestia **aemulatus**. **2.** Itaque **dispoliatae** et **reticulis indutae** producebantur. Horrui populus alteram respiciens puellam delicatam, alteram a **partu** recentem **stillantibus mammis**. **3.** Ita revocatae et **discinctis** indutae. Prior Perpetua **jactata** est et concidit in **lumbos**. **4.** Et ubi sedit, tunicam a latere **discissam** ad **velamentum femoris** reduxit pudoris potius memor quam doloris. **5.** Dehinc **acu** requisita et dispersos capillos **infibulavit** ; non enim decebat martyram sparsis capillis pati, ne in sua gloria **plangere** videretur. **6.** Ita **surrexit** et **elisam** Felicitatem cum vidisset, accessit et manum ei tradidit et **suscitavit** illam. Et **ambae** pariter steterunt. **7.** Et populi duritia **devicta**, revocatae sunt in portam **Sanavivariam**. **8.** Illic Perpetua a quodam tunc catechumeno Rustico nomine qui ei **adhaerebat**, suscepta et quasi a somno **expergita** (adeo in spiritu et in extasi fuerat) circumspicere coepit et stupentibus omnibus ait : Quando, inquit, producimur ad vaccam illam nescio quam ? **9.** Et cum audisset quod jam evenerat, non prius credidit nisi quasdam **notas vexationis** in corpore et habitu suo recognovisset. **10.** Exinde **accersitum** fratrem suum

et illum catechumenum, adlocuta est dicens : In fide state et **invicem** omnes diligite, et passionibus nostris ne **scandalizemini**.

Après la mort de Félicité et l'exécution de Saturus, transpercé par le glaive d'un gladiateur, c'est au tour de Perpétue de mourir.

XXI

9. Perpetua autem, ut aliquid doloris gustaret, inter **ossa conpuncta exululavit**, et errantem dexteram **tirunculi** gladiatoris ipsa in **jugulum suum transtulit**. **10.** Fortasse tanta femina aliter non potuisset occidi, quae ab inmundo spiritu timebatur, nisi ipsa voluisset.



*Perpétue morte dans l'arène [capture d'écran du film **Perpetua, Early Church Martyr**]*

AFRICA

Séance 5

Les auteurs africains

Dès le deuxième siècle, l'Africa a vu apparaître une pléiade de remarquables écrivains. C'est pourquoi, dans cette séance, nous aborderons des textes dont l'histoire se passe à des endroits indéterminés, donc pas nécessairement en Africa, mais dont les auteurs sont africains.

La lampe de Psyché

Apulée, Métamorphoses, V, XXII-XXIII

*Dans ses **Métamorphoses**, Apulée raconte entre autres l'histoire d'Amour et Psyché, dont les parents sont roi et reine. Celle-là est la jeune femme la plus splendide du monde, et l'irascible Vénus en devient jalouse : elle ordonne au père d'exposer sa fille sur un roc escarpé pour qu'elle soit livrée à un monstre cruel, féroce et vipérin, qui vole par les airs et, n'épargnant personne, porte partout la flamme. Le roi obéit, mais Amour (Cupidon), ayant vu la belle, en tombe amoureux, la fait enlever par le zéphyr et amener dans un palais merveilleux ; cependant, craignant la colère de sa mère, il ne vient voir Psyché que de nuit dans l'obscurité la plus totale, en fait son épouse, mais lui demande de promettre solennellement de ne pas chercher à voir qui est son mari. Les aînées de la belle, ayant vu le palais extraordinaire de leur cadette, deviennent elles aussi jalouses et la persuadent que son ravisseur est un monstre abominable qui finira par la dévorer : pour échapper à ce triste sort, il faut qu'elle tue son mari dans les plus brefs délais.*



*Psyché veut se donner du courage pour aller tuer le monstre [making of du film **Psyche Perspicua Pulchritudine**, réalisateur Claude Aubert]*

[XXII,1] Tunc Psyche, et corporis et animi **alioquin** infirma, **fati** tamen saevitia **subministrante**, viribus **roboratur**, et **prolata lucerna** et **adapta novacula** sexum audacia mutatur. [2] Sed cum primum luminis **oblacione tori secreta claruerunt**, videt omnium ferarum mitissimam dulcissimamque bestiam, ipsum illum Cupidinem **formosum** deum formosae **cubantem**, cujus aspectu lucernae quoque lumen **hilaratum increbruit** et **acuminis** sacrilegi novaculam **paenitebat**. [3] At vero Psyche tanto aspectu **deterrita** et **impos** animi **marcido** pallore **defecta** tremensque **desedit** in imos **poplites** et ferrum quaerit **abscondere**, sed in suo pectore ; [4] quod **profecto** fecisset, nisi ferrum timore tanti **flagitii** manibus temerariis **delapsum** evolasset. Jamque lassa, salute defecta, dum saepius divini vultus intuetur pulchritudinem, **recreatur** animi. [...] [7] Ante lectuli pedes jacebat arcus et **pharetra** et sagittae, magni dei propitia tela.

[XXIII,1] Quae dum insatiabili animo Psyche, satis et curiosa, **rimatur** atque **pertrectat** et mariti sui miratur arma, **depromit** unam de pharetra sagittam [2] et **punctu pollicis**

extremam **aciem periclitabunda** trementis etiam nunc **articuli nisu** fortiore **pupugit** altius, ut per summam **cutem roraverint** parvulae sanguinis rosei guttae. [3] Sic ignara Psyche sponte in Amoris incidit amorem. Tunc magis magisque cupidine **fraglans** Cupidinis **prona** in eum **efflictim inhians patulis** ac **petulantibus saviis** festinanter **ingestis** de somni **mensura** metuebat. [4] Sed dum bono tanto **percita saucia** mente fluctuat, lucerna illa, sive perfidia pessima sive invidia **noxia** sive quod tale corpus contingere et quasi **basiare** et ipsa **gestiebat**, evomuit de summa luminis sui **stillam** ferventis olei super umerum dei dexterum. [5] Hem audax et temeraria lucerna et amoris vile **ministerium**, ipsum ignis totius deum aduris [...]. [6] Sic **inustus exiluit** deus visaque **detectae fidei colluvie prorsus** ex **osculis** et manibus infelicissimae conjugis tacitus avolavit.

”Les chrétiens au lion”

Tertullien, Apologétique, 40, 1-8

En 197, sous le règne de Septime Sévère, la persécution contre les chrétiens sévissait à Carthage. C'est alors que parut L'Apologétique de Tertullien, où l'auteur défend dans une langue puissante et personnelle et avec une prodigieuse énergie les chrétiens, qu'on accusait d'être des factieux et de provoquer par leur impiété toutes les calamités publiques.

[1] At e contrario illis nomen factionis **accommodandum** est, qui in odium bonorum et proborum conspirant, qui adversum sanguinem innocentium conclamant, **praetexentes sane** ad odii defensionem illam quoque **vanitatem**, quod existiment omnis publicae **cladis**, omnis popularis **incommodi** Christianos esse in causa. [2] Si **Tiberis** ascendit in moenia, si Nilus non ascendit in arva, si caelum stetit, si terra movit, si fames, si **lues**, statim : "Christianos ad leonem!" acclamatur. **Tantos** ad unum ?

[3] Oro vos, ante **Tiberium**, id est ante Christi adventum, quantae clades **orbem** et urbes ceciderunt ! Legimus [*quinque*] insulas multis cum milibus hominum **pessum abisse**. [4] Memorat et Plato majorem Asiae vel Africae terram Atlantico mari **ereptam**. Sed et mare

Corinthium terrae motus **ebibit**, et vis undarum **Lucaniam abscisam** in Siciliae nomen **relegavit**. Haec utique non sine **injuria** incolentium accidere potuerunt. [...] [7] Nondum Judaeum ab Aegypto **examen** Palaestina **susceperat**, nec jam illic Christianae **sectae** origo consederat, cum regiones **adfines** ejus, Sodoma et Gomorra, igneus imber **exussit** [...]. [8] Sed nec **Tuscia** jam tunc atque Campania de Christianis **querebantur**, cum **Vulsinios** de caelo, Pompeios de suo monte **perfudit** ignis. Nemo adhuc Romae deum verum adorabat, cum Hannibal apud Cannas per Romanos anulos caedes suas **modio metiebatur**. Omnes dei vestri ab omnibus **colebantur**, cum ipsum Capitolium **Senones** occupaverant.



Les chrétiens étaient généralement jetés aux lions dans des amphithéâtres : voilà celui de Leptis Magna en Tripolitaine / Libye (15 mars 2007) [photo de Claude Aubert]

”Le sang des chrétiens est une semence”

Tertullien, Apologétique, 50, 12-13

Voici un extrait de la puissante conclusion de L’Apologétique :

[12] Sed hoc agite, boni **praesides**, meliores multo apud populum, si illis Christianos immolaveritis, **cruciate**, **torquete**, damnate, **atterite** nos: probatio est enim innocentiae nostrae **iniquitas** vestra. **Ideo** nos haec pati deus patitur. Nam et **proxime** a d **leonem** damnando Christianam potius quam ad leonem, **confessi** estis **labem** pudicitiae apud nos atrociolem omni poena et omni morte **reputari**. [13] **Nec quicquam** tamen **proficit exquisitor** quaeque crudelitas vestra ; **illecebra** est magis **sectae**. Plures **efficimur**, quotiens **metimur** a vobis : semen est sanguis Christianorum !

L’origine des récits mythologiques

Lactance, Institutions divines, I, XI, 17-21

Alors que Tertullien défend énergiquement les chrétiens, Lactance, dans une langue limpide (on le surnomme le Cicéron chrétien), attaque les païens et leurs croyances qu’il considère comme grotesques, par exemple en démythifiant Jupiter :

[XI,17] Poetae [...] de hominibus loquebantur ; sed ut eos ornarent, quorum memoriam laudibus celebrabant, deos esse dixerunt. Itaque illa potius **ficta** sunt, quae **tamquam** de diis, non illa quae tamquam de hominibus locuti sunt : quod clarum fiet exemplo, quod **inferemus**.

[18] Danaen violaturus, aureos **nummos** largiter in **sinum** ejus **infudit**. Haec **stupri merces** fuit. At poetae, qui quasi de Deo loquebantur, ne auctoritatem creditae majestatis

infringerent, finxerunt ipsum in aureo **imbre delapsum**, eadem figura, qua imbres ferreos dicunt, cum multitudinem telorum sagittarumque describunt.

[19] Rapuisse dicitur in aquila **Catamitum** : poeticus color est. Sed aut per legionem rapuit, cujus insigne aquila est ; aut navis, in qua est impositus, **tutelam** habuit in **aquila** figuratam, sicut taurum, cum rapuit et **transvexit** Europam.

Puis Lactance s'en prend plus directement aux mœurs de Jupiter :

Lactance, Institutions divines, I, X, 12 – XI, 2

[X,12] Illud uero summae impietatis ac sceleris, quod **regium** puerum rapuit ad **stuprum**. Parum enim videbatur, si in **expugnanda** feminarum pudicitia **maculosus** esset ac turpis, nisi etiam sexui suo injuriam faceret : hoc est verum adulterium, quod fit contra naturam. [13] Haec qui facit, viderimus an "Maximus", certe "Optimus" non est : quod nomen a corruptoribus, ab adulteris, ab incestis abest ; nisi forte nos erramus homines, qui talia facientes sceleratos vocamus ac perditos, omnibusque poenis dignissimos judicamus. [14] Stultus autem Marcus Tullius, qui C. Verri adulteria objecit : eadem enim Jupiter, quem colebat, admisit ; qui P. Clodio sororis incestum : at illi Optimo Maximo eadem fuit "et soror et conjunx".

[XI,1] Quis est igitur tam **excors**, qui hunc in caelo regnare putet, qui ne in terra quidem **debit** ? Non **insulse** quidam poeta triumphum Cupidinis scripsit : quo in libro non modo potentissimum deorum Cupidinem, sed etiam victorem facit. [2] Enumeratis enim amoribus **singulorum**, quibus in potestatem Cupidinis **dicionem**que venissent, instruit **pompam**, in qua Jupiter cum ceteris diis ante curram **triumphantis** ducitur **catenatus**. Eleganter id quidem a poeta figuratum : sed tamen non multum distat a vero.

AFRICA

Séance 6

Augustin, sa mère, ses amis

Saint Augustin, qui a vécu la grande majorité de sa vie en Africa (Algérie et Tunisie), nous a laissé bien des récits sur sa jeunesse, sur sa famille et sur ses amis. Ce seront donc des anecdotes biographiques que nous lirons, et non pas ses textes théologiques.



Les modestes ruines de Madaure, où Augustin et sa mère Monique, ainsi qu'Apulée, ont vécu leurs jeunes années (25 mars 2008) [photo de Claude Aubert]

Une petite ivrognesse

Augustin, *Les Confessions*, IX, 8

Après la mort de sa mère Monique, saint Augustin revient sur quelques épisodes de la vie de cette femme remarquable, qu'il admirait beaucoup, et notamment sur son enfance à Madaure (Algérie), qui nous renseigne sur quelques aspects de l'éducation de l'époque dans une famille "bourgeoise" africaine.

[17] Nec tantam erga suam **disciplinam** diligentiam matris **praedicabat** quantam **famulae** cujusdam decrepitae, quae patrem ejus infantem portaverat, sicut dorso **grandiuscularum** puellarum parvuli portari solent. Cujus rei **gratia** et propter senectam ac mores optimos in domo christiana satis a dominis honorabatur. Unde etiam curam **dominicarum** filiarum **commissam** diligenter gerebat et erat in eis **cohercendis**, cum opus esset, sancta severitate vehemens atque in docendis sobria **prudencia**. Nam eas, **praeter** illas horas quibus ad **mensam** parentum moderatissime **alebantur**, etiamsi **exardescerent** siti, **nec** aquam bibere sinebat, **praecavens** consuetudinem malam et addens verbum sanum : "**Modo** aquam bibitis, quia in potestate vinum non habetis ; cum autem ad maritos veneritis factae dominae **apothecarum** et **cellariorum**, a qua **sordebit**, sed mos **potandi** praevalebit." Haec **ratione praecipienda** et auctoritate imperandi frenabat aviditatem **tenerioris** aetatis et ipsam puellarum sitim formabat ad honestum **modum**, ut jam nec **liberet** quod non **deceret**.

[18] Et **subrepserat** tamen, sicut mihi filio famula **tua** narrabat, subrepserat ei **vinulentia**. Nam cum de more **tamquam** puella sobria juberetur a parentibus de **cupa** vinum **depromere**, **submisso poculo** qua **desuper patet**, priusquam in **lagunculam** funderet **merum**, **primoribus labris sorbebat exiguum**, quia non poterat amplius sensu **recusante**. Non enim ulla **temulenta** cupidine faciebat hoc, sed quibusdam **superfluentibus** aetatis excessibus, qui **ludicris motibus ebulliunt** et in puerilibus animis majorum pondere premi solent. Itaque ad illud modicum cotidiana modica addendo (quoniam qui modica spernit, paulatim **decidit**) in eam consuetudinem lapsa erat ut prope jam plenos mero **caliculos inhianter hauriret**. [...] Quid tunc egisti, deus meus ? Unde curasti ? Unde sanasti ? Nonne **protulisti** durum et acutum ex altera anima **convicium** tamquam medicinale ferrum ex occultis **provisionibus** tuis et uno ictu **putredinem** illam **praecidisti** ? Ancilla enim, cum qua solebat accedere ad cupam,

litigans cum domina minore, ut fit, sola cum sola, **objecit** hoc **crimen** amarissima insultatione vocans "**meribibulam**". Quo illa **stimulo** percussa respexit **foeditatem** suam **confestim**que damnavit atque **exiit**.

Raid sur un poirier

Augustin, Les Confessions, II, 4-9

Dans une étrange tentative d'introspection un peu répétitive, Augustin confesse à Dieu une faute qu'il a commise dans sa turbulente jeunesse et essaie de la comprendre.

[4] Arbor erat **pirus** in vicinia nostrae **vineae pomis onusta** nec **forma** nec sapore **inlecebrosis**. Ad hanc **excutiendam** atque **asportandam nequissimi** adolescentuli **perreximus nocte intempesta (quousque ludum de pestilentiae more in areis produxeramus)** et abstulimus inde onera ingentia, non ad nostras epulas, sed vel **proicienda** porcis, etiamsi aliquid inde **comedimus, dum** tamen fieret a nobis quod **eo liberet quo** non liceret. [...] Dicat **tibi** nunc, **ecce cor** meum, quid ibi quaerebat, ut essem gratis malus et **malitiae** meae causa nulla esset nisi malitia. **Foeda** erat, et amavi eam. Amavi **perire**, amavi **defectum** meum, non illud ad quod deficiebam, sed defectum meum ipsum amavi, turpis anima et **dissiliens a firmamento tuo in exterminium**, non **dedecore** aliquid, sed dedecus **appetens**.

[6] Quid ego miser in te amavi, o **furtum** meum, o facinus illud meum nocturnum sexti decimi anni aetatis meae ? Non enim pulchrum eras, cum furtum esses. Aut vero aliquid es, ut loquar ad te ? Pulchra [...] erant illa poma, sed non ipsa **concupivit** anima mea miserabilis. Erat mihi enim meliorum **copia**, illa autem **decerpsi** tantum ut **furarer**. Nam decerpta projeci, **epulatus** inde solam **iniquitatem** qua **laetabar** fruens. Nam et si quid illorum pomorum intravit in **os** meum, **condimentum** ibi facinus erat. [...]

[8] Et tamen solus id non fecissem (sic **recordor** animum tunc meum), solus **omnino** id non fecissem. Ergo amavi ibi etiam **consortium** eorum cum quibus id feci. [...] Quid est quod mihi venit in mentem quaerere et discutere et considerare, **quia** si tunc amarem poma illa quae **furatus** sum et eis frui cuperem, possem etiam solus ; si satis esset committere illam iniquitatem qua pervenirem ad voluptatem meam, nec **confricatione consociorum** animorum accenderem **pruritum** cupiditatis meae. Sed quoniam in illis

promis voluptas mihi non erat, ea erat in ipso **facinore** quam faciebat consortium simul **peccantium**.. [...]

[9] Risus erat quasi **titillato** corde, quod **fallebamus** eos qui haec a nobis fieri non putabant et vehementer nolebant. Cur ergo eo me delectabat quo id non faciebam solus? An quia etiam nemo facile solus ridet?. [...] At ego solus non facerem [...] furtum illud, in quo me non libebat id quod furabar, sed quia furabar : quod me solum facere **proprus** non liberet, nec facerem. o nimis inimica amicitia, seductio mentis investigabilis, ex ludo et **joco** nocendi **aviditas** et **alieni** damni **appetitus** nulla **lucris** mei, nulla **ulciscendi** libidine ! Sed cum dicitur "eamus, faciamus," et pudet non esse impudentem.

Un rêve de sainte Monique

Augustin, Les Confessions, III, 11

Tandis qu'Augustin fait ses études à Carthage, menant une vie agitée d'étudiant (il a notamment un enfant hors mariage), sa mère Monique prie constamment Dieu pour que son fils revienne à une vie plus chrétienne. Une nuit, elle fait un rêve.

[11] Vidit enim se stantem in quadam **regula lignea** et advenientem ad se juvenem splendidum **hilarem** atque **arridentem** sibi, cum illa esset maerens et **maerore confecta**. Qui cum causas ab ea quaesisset maestitiae suae cotidianarumque lacrimarum docendi, ut **adsolet**, non discendi **gratia**, atque illa respondisset perditionem meam se **plangere**, jussisse illum (quo **secura** esset) atque admonuisse, ut **attenderet** et videret, ubi esset illa, ibi esse **et** me. Quod illa ubi attendit, vidit me **juxta** se in eadem regula stantem. [...]

Cum mihi narrasset ipsum **visum**, et ego ad id **detrahere conarer** ut illa se potius non desperaret futuram esse quod eram, **continuo** sine aliqua haesitatione : "Non," inquit, "non enim mihi dictum est "ubi ille, ibi et tu," sed "ubi tu, ibi et ille."" Confiteor tibi, domine, **recordationem** meam, **quantum recolo** quod saepe non tacui, amplius me isto per matrem vigilantem responso tuo, quod tam vicina interpretationis falsitate turbata non est et tam **cito** vidit quod videndum fuit (quod ego certe, antequam dixisset, non videram), etiam tum fuisse **commotum quam** ipso **somnio** quo feminae piaie gaudium tanto post futurum ad consolationem tunc praesentis **sollicitudinis** tanto ante praedictum est.